nec pater nec filij nec dñs nec seruus cur necessariũ est scire supportare. Idez de religiosis quibus necessaria est supportatio qꝛ null⁹ est sine defectu. Idez de clericis Idez de ꝯmunitatibus Ergo supportate vos ĩuicẽ ⁊ nolite statim mittere sagittã de arcu. Idez de socijs. Sexta tangit ibi cum dic. Solliciti seruare vnitatem spirit⁹ in vinculo pacis Sollicite inquirenda est pax. Et si iniuriat⁹ ꝑmo petit veniã saluabit aĩaz iniuriantis q̃ nõ curabat petere veniã ⁊ qñ videbit iniuriatũ sibi loquentẽ nisi sit diabol⁹ ⁊ in malitia obdurat⁹ etiã petit veniã ⁊ illi q̃ humiliat̃ prius lucrat̃ coronã ⁊ plus laudandus ceteris paribꝫ. Idez de mulieribꝫ q̃ primo petẽt veniaz ⁊c̃. Ergo videte quõ caute ⁊c̃. Tercia cautela est iungere se bone societati secure. qꝛ ire cũ mala societate per viã puta cum latrone vel inpatiẽte magnũ periculũ est. Cum audace non eas in via ne forte grauet mala sua in te Eccli. viij. Nos habem⁹ ire tam longam viam igit̃ nob̃ necessariũ est respicere cui sociatur. O q̃t ꝑsone fuissent sancte q̃ ex mala societate sũt dãpnate o q̃t religiosi q̃t clerici q̃t layci hñt bonã ⁊ sctãm intentionẽ ꝟuiendi d̃o ꝟ ex mala societate viuũt in pctõ. Aliq̃ciens sctã intencõne ⁊ bona. ꝯtra hũc familiaritatẽ ⁊c̃. Incipiunt ab amore spũali ꝟ ꝑueniũt ad amorem carnalẽ. O q̃t pueri ex mala societate sũt corrupti. q̃t maritate q̃t vidue q̃t moniales q̃t begine lapse sunt ex mala societate inter quos nõnulle qñ vident aliquem religiosum dicũt. O si ille esset pater meus spiritualis dirigeret vitam meam. ⁊c̃ Auiso vos caueatis vobis a nimia familiaritate qꝛ ꝑiculũ hinc inde ĩminet. Qꝛ ip̃e est homo ⁊ vos mlier. Nolite nec visitare nec loqui secum nisi in ꝯfessione qꝛ q̃nto sũt magis spũales tãto plus dyabolus insidiat̃ ⁊ tẽptat. Ideo dicit scriptura Caue tibi ⁊ attende diligenter audi tui tuo qm̃ cum subuersione tua. i. periclo ambulas Eccli. iij. Sufficit diligere ꝓpt̃ se xp̃m ⁊ deũ ⁊ alia ꝓpter ip̃m de alijs ꝑsonis bonis velis solum orationem non visitacõnem ⁊c̃. Quarta cautela est auisare se in passibus periculosis In tali em̃ loco posset ponere pedez ꝙ frangeret sibi collum ⁊c̃. Ideo prius palpare dz hõ ⁊ respicere vbi homo ponat pedẽ Ideo apostolus. Qui se existimat stare scz cũ deo ⁊ in gratia videat ne cadat. j. Coꝝ. x. O q̃t inpingũt nõ respiciẽtes vbi ponũt pedem. verbi gr̃a qñ habetis filiũ infirmum nec habetis medicum nec apotecariũ q̃d facitis. O pr̃ vado ad diuinum ꝯiuratorem ⁊c̃. Ecce vbi ponunt pedem ⁊ frangunt sibi collum ⁊ cooperiunt necessitate dicendo. Nõ q̃d ꝑmittam mori filiũ meum. Dicatur de mediciua a cristo ordinata. de nomine ihesu fiat amplastrum. Itẽ quando ab aliquo amico dicetur vobis. Rogo iuuetis me ego sum in periculo talis petit a me debitum. Rogo testificetꝫ. quia iam reddidi sibi vel sum accusatus de tali negotio ꝙ vos scitis Ideo vellet̃ iurare ꝙ ego sum innocens. Si vos credẽtes bene facere testificatis ⁊ iuratis false. incautissime agitis cum pro toto mundo hoc facere nõ deberetis. Item de vsurarijs quando aliquis petit ab eis mutuo pecunias dando vel ꝓmittendo vsuram ꝓ mutuo. Si dixerit vsurarius nolo mutuare qꝛ timeo ꝙ est vsura Si tunc alij dicunt neqauq̃ est vsura qꝛ clerici sic mutuant ⁊ faciunt ac si nõ possent dampnari tales ponunt ibi pedem periculose ⁊ frãgunt sibi collum. Item dicit luxuriosus. Pater peccatum est ꝙ ego nõ habeo vxorem nec ipsa viꝝ cui fit iniuria quasi dicat nulli qd̃ falsum est. Ideo dicebat petrus. Carissimi obsecro vos tanq̃ aduenas ⁊ peregrinos abstinete vos a carnalibꝫ desiderijs que militãt aduersus aĩam j. pe. ij. Quinta cautela est ire ad hospiti-

um de die Ideo xp̄s.ambulate dum lu-
cem habet. Johis.xij. Si quis ambulat
in die nō offendit qz lucem huius mundi
videt. Si aūt ambulauerit in nocte offē-
dit.qz lux nō est in eo Johis.xj. Mora-
liter de die vadūt ad celū qui ambulant ī
claritate gratie dei ⁊ tales bene recipiunt
De nocte vadūt qui in tenebris peccati
mortalis sūt ⁊ tales nō recipiuntur ibi.
Ideo in die scz gratia dei ambulem⁹ ne
accidat nobis sic cuidam stulto ⁊c̄. Au-
dite ꝑabolam de duob⁹ socijs ambulan-
tib⁹ ad quandam villam vbi erat ꝯsuetu
do ꝙ de nocte in solis occasu parte claude
bant̄ quā ꝯsuetudinem isti sciebant. vn⁹
tn̄ remāsit in prato ⁊c̄. Modo auisetis
vos ne aliquis vestrum sit ī ista stulticia
villa ad quā oēs xp̄iani vadunt ē gloria
celestis que clauditur illis qui sūt in noc
te culpe ⁊ habet inimicos scz demones ad
istam gloriā celestem oportet ire de die
scz in claritate gratie Aliter nullus habet
intrare ⁊ om̄s xp̄iani sciunt hanc consue-
tudinem ⁊ omnes ambulamus. ꝫ multi
remanēt in prato ameno volētes se alle
uiare ⁊ delectari vt luxuriosi ⁊ interī di-
es gratie transit ⁊ venit nox. Alij rema-
nent ad arborem frondosam vt super-
bi vani pomposi ⁊c̄. qui totaliter sūt infla
ti. Alij remanent ad fontē qui manat vt
vsurarij. Quia vsura quolibēt die etiam
festo manat ⁊ de nocte veniunt volentes
intrare ciuitatē ⁊ gloriam celestem ⁊ nō
possunt ꝫ veniunt inimici scz demones ⁊
captiuos ducūt eos secum ī infernū. O
q̄ntum constat illa mala delectatio ꝓpter
quā eterne ⁊ beate vere vite perpetua in
currit̄ amissio. Prudentes vero vadunt
de die sudando laborādo ꝑ penitentiam
vt habeant bonam cenaz ⁊ quietez in pa
diso licet stulti truffentur de eis Ido io-
hannes Si quis ambulat in die nō offē-
dit scz cadens in inferno. Ergo videte q̄
modo caute ambuletis

Explicit sermo sextus post festum sancte
trinitatis. Sequitur.

¶ Sermo sextus de dominica.xx.

Rex cū audisset
turbatus est. Scribunt̄ hec
verba originaliter Mathei.
vicesimo scdo capitulo ⁊ officialiter in
euuangelio hodierno. Sermo noster erit
de materia sancti euuangelij istius domi-
nice presentis ⁊ si placet deo habebimus
⁊c̄. Rex autem cū audisset turbat⁹ ē. vt
supra in euuangelio. ¶ Nota hic causan
tur tria puncta
¶ Primo benignitas diuinalis
¶ Secundo peruersitas humanalis
¶ Tercio seueritas dei virtualis
¶ Et de isto vltimo loquitur thema cuz
dicit Qz rex iratus est vnde. ¶ Primo
ostenditur beniguitas dei erga nos que o
stenditur in principio euuangelij cum di
citur. Simile est regnum celorum homi-
ni regi qui fecit nuptias filio suo. Unde
videndum est quomodo hic ostēditur be-
nignitas diuinalis. ¶ Pro quo sciendū
est ꝙ iste rex est deus ⁊ matrimonium est
coniunctio diuinitatis cum humanitate.
Quia sicut vir et vxor per actum matri-
monij sunt duo in vna carne vt habetur.
Mathei.xix.capitulo. Ita iā nō sunt duo
sed vna caro. Qd̄ ergo deus cōiunxit.hō
non seꝑet. Dicit illi. Quid ergo moyses
mādauit dari libellum repudij ⁊ dimitte
re? Ait illis. Quoniam moyses ad duri-
tiam cordis vestri permisit vobis dimit-
tere vxores vestras. ab initio autem non
fuit sic. Dico aūt vobis qz quicūq; dimi
serit vxorem suam nisi ob fornicationem
⁊ aliam duxerit mechatur. Et qui dimis
sam duxerit mechat̄. Dicunt ei discipuli
eius. Si ita est causa hoīs cum vxore. nō
expedit nubere. Qui dixit illis ⁊c̄. Ita di
uinitas ⁊ huānitas sunt vna sola ꝑsona

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vnde anastasius i ps. Quicūq; vult qui
cum deus sit ⁊ homo nō duo tamen. sed
vnus est cristus nuptie eñ fiunt in paradi-
so. Queritur quare deus assumpsit nostrā
humanitatē dico q̄ ꝓpter pacem haben-
dam. vnde sciendum est q̄ qñ principes
aut reges habent iurgiū ⁊ litē inter ipsos
nullo modo potest fieri pax faciliter q̄ ꝑ
matrimoniū. vnde sciatis q̄ rixa erat inter
deum regem ⁊ principē adam patrem no
strū qui etiam dicitur princeps vnde inq̄ti
ps. constituit deus dñm ⁊ principem om
nis possessionis sue. Inter istos fuit bel-
lum ⁊ rixa quā perpetrauit adam cū pec-
cauit ⁊ tūc incepit deus destruere terraz
ade ⁊ eiecit eum a paradiso. vnde dic̄ de
us āgelis suis. Ecce videte ne forte mit-
tat manū suaz ⁊ sumat de ligno vite ⁊ co
medat ⁊ viuat in eternū emisit eos de⁹
de paradiso Genes. iij. Et tūc adam vi-
dens se eiectū sciens. q̄ nō posset resistere
noluit bellū ꝯmittere actū genuit filios ⁊
filias ⁊ ꝯmiserunt iterū bellū cum deo scz qñ
peccauerūt qm̄ qui peccat ꝯmittit bellū cō-
tra deū ⁊ ipi fecerūt ⁊ maxime in tempo-
re noe ⁊ tūc de⁹ incepit destruere eorū ter
rā ⁊ occidit oēs dēptis paucissimis aīabꝫ
vt patet Genes. vij. c. post diluuiū vero
iterū ꝯmiserūt bellū ꝯtra deū turrim babi
lonis edificando vt possent celū pertinge
re ⁊ per ꝯñs fortiter cōtra deū inceperūt
pugnare. vnde dixerūt inter se venite faci
amus nobis ciuitatē ⁊ turrim cui⁹ cacu-
men attingit celū Genes. xj. Qr videns
ꝯmouit gentes suas scz angelos ⁊ ait ill'
in loco p̄allegato. venite igitur ascendam⁹
⁊ ꝯfundamus ibi linguā eorū qd factū ē
⁊ fuerūt ꝯfusi. vnus alterū nō intelligen
tes nā cum vnus petebat aquā alius por
tabat lapides ⁊ ecōuerso ⁊ ita dimiserūt
edificiū nō ꝯpletū ⁊ durauit istud belluz
multis tempibꝫ post vero fuerunt aliqui
boni proceres qui viderūt tantā rixam ⁊
tantū iurgium inter deum ⁊ hominez ⁊ si
cut inter duos reges tractauerunt ⁊ roga
uerūt pro bono pacis ⁊ federi eterni ⁊ fi
lium dei ⁊ filiam regis nostri scz ade quia
humanitas filia est ade ⁊ dixerūt illi bo-
ni proceres si deus vellet se tantū inclina
re q̄ reciperet filiaz regis nostri scz huma
nitatem in vxorem valde esset benignus
⁊ deus presciens futurum illud matrimo
niū suam benignitatem ostendendo dixit
ad abraham Genes. xij. ca. Abraham in
semine tuo benedicentur vniuersi fines ter-
re ꝓphete etiam ꝓphetarunt de isto matri-
monio vnde dic̄ ysaias. Ecce virgo con-
cipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabitur nomen ei⁹
emanuel. Ad hoc matrimoniū electa est
vna nobilis aula siue camera scz venter
virgīs. De quo dauid. In sole posuit ta-
bernaculū suū ⁊ ipse tanq̄ sponsus proce
cedens de thalamo suo. Cum aūt natus
esset sponsus de thalamo suo. dixit ange-
lis vt facerent cantilenā scz gloria in ex-
celsis deo Et in terra pax hominibꝫ bone
voluntatis. Sic ergo per illud matrimo
nium fuit facta pax inter deum ⁊ hominē
ꝓpter q̄ xp̄s cum salutabat homines sem
per dicebat pax vobis tam in conuersa-
tione huius mundi q̄ etiam in ascensione
ad celum. Cum dicit pacem meā do vo-
bis pacem meam relinquo vobis. Et ita
aparet ex predictis quomodo ⁊ qualiter
fuit factū matrimoniū prelibatū Sz q̄s
est locus vbi celebrabuntur nuptie. Dico
q̄ paradisus cū sit multitudo maxīa tam an
gelorū q̄ hominū qui ad dictas nuptias ī
uitati sūt ⁊ in paradiso dicunt cantilenaz
quā audiuit Johannes in apocalipsi deci
mo nono capitulo. Gaudemus ⁊ exulte-
mus ⁊ demus gloriam ei. quia venerūt
nuptie agni. Vnde nota que differentia
est inter gaudere ⁊ exultare. dico q̄ gau
dium est in corde sine ostensione extra. Sz
exultatio est quādo illud gaudium nō po
test teneri secrete in corde pre nimio gau
dio sed ostenditur ad extra. Ita faciūt

paradiso ⁊ vsq; hic est materia speculatia. Sz moralit sciendū. q̃ vt⁹ testamētū fuit ad faciēdum illō mūmonū ⁊ ad oēs venduz. Nouū vero illō vedarat ⁊ inuitat ad nupcias. Ulū vitendū est ⁊ q̃rendū qui sūt illi q̃ iuitauerūt ⁊ iuitāt ad iussum regis. Dicendū q̃ fuerūt p̃mo apl'i et .lxx discipuli. ⁊ oēs p̃dicatores seq̃ntes q̃ inuitabāt ad eū de discubitū in illū nupcias dulcissimus. de q̃bus Lu.xiiij. Bt̃us q̃ mādicabit panem in regno dei. Item dicit Job. apoca.xix. Beati qui ad cenā agni vocati sunt. vnde exq̃ inuitamur ⁊ nesciamus iter videamus illō ⁊ q̃t sunt dicere. Dicendū q̃ dece. Pria est cognicio peccatorū p qua agnosce inicitare. Seda cordis ꝓtricio pro q̃ recogita pcta tua cum cordis amaritudīe p̃m illō, ꝓbe recogitabo tibi annos meos in amaritudīe aīe mee. Bñe si sic viuitur ⁊ in talibus vita spūs mei corripies me ⁊ viuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autē eruisti animā meā vt nō periret, piecisti postergum tuum omne peccatū qz nō infernus ꝓfitebit tibi. ysa.xxxviij. Tercia emēdandi, ꝓpositū de q̃ xp̃us. vade ⁊ āplius noli peccare Jo. viij. Quarta male societatis vitacio vitelicz si fuerit supbus q̃ hūlier pro q̃ scribit nolite cōformari huic seculo. Quīta vite emēdacio pro q̃ Si aūt impius egerit penitenciā ab omnibus peccatis suis que operatus est ⁊ custodierit omnia p̃cepta mea et fecerit iudicium ⁊ iusticiam vita viuz et nō morietur. Omniuz iniquitatū eius quas operatus est nō recordabor In iusticia sua q̃z operatus est viuet. Nunq̃d voluntatis mee est mors. impij dicit dominus de⁹ ezechie.xviij. Sexta debitorum restitucio. vnde aug⁹. nō dimittit pctm̄ nisi restituat ablatum Septima iniuriarū remissio pro q̃ scribit. si dimiseritis hoīb⁹ pcta eorū. dimittet ⁊ vobis p̃r vester celestis debita vra. si aūt nō dimiseritis nec pater vr̄ ⁊c. Octaua est fame repatio. de q̃ dicit aug⁹. nō pigeat exipo, pferre medicamēta. Ulū facta sūt vulnera ~~ptra~~ bona est eucharistie ꝓmumo in q̃ est sponsus ⁊ spōsa ⁊ ita enim⁹ i nupcijs q̃ cōputātur p decima dicta. Qui de q̃ māducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē in me manet et ego in eo Jo. vi. Et per illud iter possum⁹ ire ad nupcias alias faciemus iter obliquū scz ad infernū. Ulū hec est via ābulate in ea neq; ad dexterā neq; ad sinistrā ysa.xxx. Dextera est qui amore deinam⁹ Sinistra qui timore spōsus iuitat nos dicens. venite ad me oēs qui laborātis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos. Et ita patet benignitas diuina Secōm punctū est peruersitas hūana scz hominis qui ad illas nupcias inuitantur que clare ostenditur in secūda parte euangelij cū dicitur de illo rege q̃ relicti tenuerunt seruos eius ⁊ cōtumelijs affecti occiderunt eos. Aliqui noluerunt ire. Alij scz secūdi neglexerunt ⁊ abierūt in villas suas. Alij cōtumelias efferūt vide ibi ⁊c. Et ita est peruersitas humana vbi quilibet iudicat in corde suo q̃ bene erant homines illi digni punicōe. Ac tu multi sunt inter nos similes. Et q̃ sūt de numero illorum. Ubi sciendum q̃ p tres modos istorum hominū denotātur tres modi peccatorum. quia quod denotatur per primos homines est indeuocio quia noluerunt Secundū despectō quia neglexerunt. Tercium indignacio Quia cōtumelijs. Primum igitur peccatum ē indeuocio ⁊ istud maxime regnat in laycis qui cū laborauerunt per totam septimanā nolunt in die dnica ambulare ad nupcias scz eundo ad missam ⁊ colendo diem dominicā ⁊ vacare ab operibus terrenis alias tales nō habent deuocionem et nolunt ire ad paradisum sed poci⁹ ecōtra ad infernum quia maiora pcta ꝓmittunt in die dnica q̃z in alijs diebus ⁊ ideo

cū noluit ire ad padisum p̄ inuocionē
pnie agende ibūt ad infernuz q̄z ōt xp̄s
Lu.xiij. Si nō pniam habuerit. vos pi
bitis ergo colat̄ dies dñica q̄z dicit dñs
Exo.xx.memēto ꝛc̄. ꝛ ideo nō fiat op⁹
aliqd terrenū. Ite scdo audiat̄ missa cū
suis cōdicōibꝫ ꝛ isto mō ibit ad padisum
Alias tales erunt de numero illoꝝ qui
noluerūt venire. Alij vero despexerūt ꝛ
illi sunt q̄ despiciūt remedia xp̄i ꝛ vadūt
ad demōes ꝛ sortilegos. vñ negligūt re
media xp̄i qui p̄ro medicina dedit nobis
vnū amplꝛisinū qd est tale. Signa āt
eos q̄ crediderint. hec sequent̄ in uomie
meo demōia eiciēt lig.lo.nouis serpētes
tollēt ꝛc̄. Nota q̄z dicit crediderunt nō
dicit apl̄i fuerūt dicit bñ hēbunt nō sani
erunt q̄z multis sanitas est nociua ꝛ ido
dicit bñ hēbunt q̄z qūo saniunt bñ habe
bunt q̄z hēbunt victimā que p̄ualet sa
nitati corp̄ali. Si āt vadunt ad sortile
gos negligendo nomē xp̄i erūt de nume
ro illoꝝ q̄ neglexerunt ꝛ iō ibunt ad infer
nuz ꝛ istā sniam q̄ seq̄tur. dedit deus cō
tra tales q̄ declinauerūt ad magos morte
moriat̄ Leuit̄.ij. Mā qñ vadunt ad ma
gos fornicant̄. q̄z pmisit fidē in baptmo
dñi cū dz sibi abrenūcia sathane ꝛ opibꝫ
et rñ det abrenuncio. Et iō dñ frangit p̄
missionē fornicat̄ scz eundo ad magos si
cut mulier q̄ fidē pmisit mariro suo ꝛ cū
alio fornicat̄. Tercij sunt q̄ peccāt per in
dignacōem ꝛ tales sunt blasphemantes
et iurātes. vnde illud pctm̄ maius est oi
bus alijs. vñ si nō eēt nisi istud est suffi
ciens ad destruēdum totuz munduz Et
nota ibi historiā leuit̄.xxiiij.de blasphō
ducto ad moysen ꝛ p̄sulto p̄us dño rñ
dit dicēs. educ blasphemuz extra castra
et ponāt illi q̄ audierūt man⁹ suas sup
caput ei⁹ ꝛ lapidet eū ppl̄us vniuersus.
Et ad filios isr̄l loq̄ris. hō qui maledixe
rit deo suo portabit iniq̄tatē suā ꝛ q̄ bla
phemauerit nomē dñi morte moriat̄. la
pidibꝫ eū obruet oīs mltitudo ppl̄i. No
ta q̄z dixit dñs q̄ lapidaret̄ ab oībus q̄z
pctm̄ tāgit oēs ꝛ ista ē puersitas hūana
q̄z nolūt ꝛc̄. Tera⁹ punct⁹ ē seueritas
dei virtual q̄z de⁹ punit illos sicut oñdit
tertia p̄s euāgelij. vñ dicit cum audisset
rex irat⁹ est ꝛc̄. vsq̄z succēdit. Nota tres
act⁹ ibi numeratos iuxta tria pctā p̄dcā.
Qñ p̄mus act⁹ est q̄z missis exercitibus
suis scz vt destruerēt terrā illoꝝ ꝛ illud
fit p̄tra pctm̄ blasphemie. q̄z p̄t̄ illa mi
nistri iusticie diuine destruxerūt terram
nrām aliqñ p̄ tēpestates. aliqñ p̄ frigidi
tates. aliqñ p̄ siccitates. aliqñ p̄ fulgura
qd oñditur p̄ silitudinē q̄z cū expugnat̄
aliqd castꝝ q̄ illi q̄ sunt a p̄te iferiori ex
pugnāt illos q̄ sunt ī castro cū arcubꝫ et
balistis ꝛ sagitt̄. ꝛ illi q̄ sūt ī castro defē
dunt se cum lapidibꝫ ita ē de nobis iurā
tibꝫ ꝛ blasphemātibꝫ q̄ balista oris ꝛ lin
gue mittim⁹ sagittas p̄tra deum ꝛ ip̄e se
defendit cū lapidibꝫ ꝛ iō nobis mittit tē
pestates. Actu valde benigne. q̄z mittit
lapillos cuz mittere deberet grossos la
pides. et ita pz q̄mō nos blasphemia pu
niam̄ Unde dz in Thobia. maledicī erūt
qui cōtēpserint te ꝛ p̄demnati erūt q̄ bla
phemauerūt te. thob. xiij. Cōtra aliud pec
catum q̄z nō celebram⁹ festa dicit. misit
seruos suos ꝛ occiderūt. Qñ dicit p̄didit
homicidas illos ꝛ p̄ter illō pctm̄ sūt mor
talitates. Et rō est q̄z p̄ que q̄s peccat.
p̄ B ꝛ torq̄tur. cum ḡ tolla⁹ suuz tp̄s rō
remouet nobis nr̄m tp̄s p̄ qd debe⁹ acq̄
rere merituz. Iō dt p̄ p̄s. Cum accepo
tp̄s ego iusticias iudicabo. ptz q̄mō per
istud pctm̄ puniunt̄. ꝛ ideo dz malachie
.iij. In penuria vos maledicti estl. quia
vos me fraudastis ꝛ configistis. Cōtra
illud pctm̄ q̄z vadim⁹ ad sortilegos mi
sit seruos vt succēderēt ciuitates scz ī in.
ferno ꝛ rō est bona. q̄z cum volum⁹ re
currere ad demōes rōnale est q̄ sim⁹ cū
ipis. ꝛ ideo dicit de⁹ per moysen Deut̄.
.xxxij. Generatio eēm peruersa est ꝛ īfide
les filij ipi me pnocauerūt in eo qui non

37

erat deus ⁊ irritauerit in vanitatibꝫ suis. et ego ꝓuocabo eos in eo qui non est populus ⁊ in gente stulta irritabo illos. ignis succensus est in furore meo. ⁊ ardebit vsq̄ ad inferni nouissima. ḡ prouideatur. ⁊ ista est seueritas dei. ḡ cū audisset rex ⁊c̄.

Dñica. xx. Sermo septimꝰ.

Nolite fieri imprudentes ꝫ intelligentes. Sermo noster erit de epl'a hodierna. Sed p̄mo dicamꝰ aue Maria. Pro declaracōne theātis Sciendū ꝙ in scriptura v̄tutes ⁊ opa v̄tuosa dicūtur sapiēcia. peccata v̄o dicūtur stulticie ⁊ insipientie. Ubi sciendū ꝙ nos sumus cōpositi ex duabꝫ naturis scz ex sb̄a spūali .s. ex anima rōnali ꝑ quā cōfirmamur deo. ⁊ corpe materiali ꝑ quod confirmamur bestijs ⁊ brutis. ⁊ ideo que q̄s agit ꝟm animā dicūtur v̄tutes Opa vero que agimus ꝟm corpus dicūtur vicia siue peccata. cū ꝑ illa simus similes brutis. ⁊ iō dicitur de illis q̄ agunt ꝟm animā Eccī. iij. Sapiēs cor ⁊ intelligibile abstinebit se de peccatis. ⁊ in opibꝫ iusticie successus habebit. De alijs vero q̄ sequūtur sensualitatez dicit̄ Dañ. xiij. sic fatui filij israhel nō recte iudicātes. neq̄ quod verꝝ est cognoscētes. cōdemnastis filiā israhel. Dicit nō iudicātes scz ꝑ intellectū rōnis ⁊ non cognoscētes scz ea que cōueniūt ⁊ cōcordāt parti principali anime scz cū qua debemꝰ omnia cōformare. Et ita patz quō virtuosi dicūtur prudentes. peccatores āt imprudētes. Et ideo paulus volens nos esse sapientes auisat nos in theāte dicens. Nolite fieri imprudētes ⁊c̄. ⁊ sic habet̄ materia Ergo videndū est de quolibet peccato mortali quō dicit̄ stulticia ⁊ insania. et v̄tutes ꝯtrario mō sunt sapiencia ⁊ prudencia. Uñ supbia est stulticia. humilitas autē sapiencia magna. ⁊ sic de alijs peccatis ⁊ v̄tutibꝫ cōtrarijs. Uñ ponende sunt v̄tutes ⁊ vicia ꝑ ordinē.

Primo supbia cui cōdicit huīlitas.
Scdo auaricia cui contradicit misericordia siue liberalitas.
Tercō luxuria cui cōtradicit mūdicia. siue castitas.
Quarto inuidia cui contradicit dilectio fraternalis.
Quīto gulositas cui ꝯdicit tp̄ancia.
Sexto ira cui contradicit concordia.
Septīo accidia cui cōdicit diligēcia

Primo ḡ supbia est stulticia. ⁊ huīlitas est prudēcia. qd̄ patet ꝑ similitudinez. quia si q̄s inueniat duas vias. vnā montosaz ⁊ petrosaz que ducit ad mortez ⁊ ꝑdicōez. Et alia sit plana q̄ ducit ad portā ⁊ vitaz. si talis accipiat viam petrosam alia dimissa. iudicabitur talis stultus. Ita est de supbia ⁊ humilitate que ducūt ad aliuz mūduz. attamē vna ad mortē. alia ad vitā. Supbia v̄o ducit ad mortem q̄ est petrosa ⁊ infecta. et plena erūpnis. qm̄ qui supbit sp̄ habz diuersa negocia exercere. Sed humilitas ducit ad vitā. ⁊ ad paradisuz. Job. xxij. Qui enī humiliatus fuerit erit in gloria et inclinauerit oculos ipē saluabit̄. Supbia vero ducit ad infernū. Uñ detur p̄mo exemplū de angelis ⁊ prīo de lucifero q̄ dixit. Ascendā sup altitudinem nubiū ⁊ silis ero altissimo actu illa via duxit ip̄m ad infernū. Itez eciā detur exemplū de homine de adam. q̄ ꝑ supbiaz eiectus est de paradiso. Et ideo dicit̄ Isa. xiiij. Verūtamen detrahens ad infernuz detrahens in ꝓfundū laci. Similit̄ adaz nisi egisset penitenciā fuisset ad infernuz et ideo Thobias dicit filio suo. Fili mi. supbiā nunq̄ in tuo sensu aut in tuo verbo dominari ꝑmittas. In ip̄a enī initiū sumpsit omīs ꝑdicō. Thob. iiij. ḡ sumatur via plana qm̄ dicit alibi scriptura eccles. x. Initiū supbie in hoīe apostatare

a deo quoniã ab eo qui fecit eum recessit cor eius. quia initiũ omnis peccati est superbia. qui tenuerit illam adimplebitur maledictis. ⁊ subuertet eum in finẽ. Cũ ḡ superbia ducat ad mortem. ⁊ humilitas ad vitã. apparet hanc esse sapienciaꝫ illam vero stulticiaꝫ. ḡ bene debet vitari superbia cum non faciat hominez prudẽtem ꝫ stultum. Et ideo dicit paulus ad Roma. prĩo. Euanuerũt in cogitacõnibus suis ⁊ obscuratuꝫ est insipiẽs cor eorum dicentes eni se esse sapientes stulti facti sunt. Dicit euanuerũt quia quando quis est sup̄bus cogitat ascendere tantũ et euanescit in cogitacõne. quia credit ascendere dimittendo bonaꝫ vitam que ducit sursuꝫ ad paradisuꝫ. sumendo viam illã que ducit deorsum ad infernum. Pone exempluꝫ de sacerdotibꝫ simplicibus dicentibꝫ bene ⁊ deuote horas quiduꝫ cogitãt beneficia euanescunt in cogitacõnibus. Itez de laycis mercatoribꝫ qui dum viuunt cogitãt prestare vel mutuare ad vsuram vt possunt habere thesaurũ ad dotandum filium vel filiam. et tales cogitacõnes vane sunt. Et sequit̃ et obscuratũ est cor eorum. quoniã sicut nubes obscurãt aerem. ita iste cogitacõnes obscurãt cor. ḡ caueam⁹ si nolum⁹ fieri insipientes ⁊c̃. ¶ Secũda stulticia est auaricia. Unde ꝙ auaricia sit stulticia. ⁊ misericordia prudencia. patet per similitudinez alicuius diuitis qui vendit bona sua. qui pecunijs in saculo collectis vult arripere iter. ꝫ consulitur sibi ab amico vt dimittat illam pecuniã. quoniam in innere sunt latrones qui pro certo ip̄m depredabuntur. Si talis renuit et pecuniam secum deportat ⁊ depredatur vsqꝫ ad camisiam. iudicabitur talis ꝓfecto stultus. Ita est de nobis qui habemus ire ad aliam ciuitatem. quia non habemus hic manentẽ ciuitatem sed futuraꝫ inquirimus. Et est passus quidã in quo omnes depredati sunt. scꝫ mors. et oportet omnes homines transire per illum passum. quoniam dominus noster Jhesus xp̄us met transiuit per illum. Unde scriptura dicit. Nonne hec oportuit pati xp̄m ⁊ ita intrare in gloriam suam. Luc̃ vltimo. Et in hoc passu latrones homines ⁊ animas depredantur. Latrones sunt mulier. filij. ⁊ alij parentes. scutiferi ⁊ sic de alijs. Ergo mittamus thesaurum ꝑ cambium scilicet dando pauperibus. ⁊ tunc cuꝫ cedula reddetur thesaurus in celo. Cedula est ista da pauperibus ⁊ habebis thesauros in celo. Mathei. xix. Unde nota hystoriam beati Laurentij qui decio imperatori petenti thesaurum respondit. Facultates ecclesie quas a me requiris manus pauperuꝫ in celum deportauerunt. Ergo faciamus similiter. ⁊ tunc dicet xp̄us nobis. Euge serue bone ⁊ fidelis. quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. Mathei. xxv. Et ita patet quomodo liberalitas est prudencia. sed auaricia est stulticia. Auarus autem portat diuicias vsqꝫ ad mortem vbi depredatur. et nihil secum portat. Et tali post mortez dicet xp̄us. Quia non dedisti pecuniam meam ad mensam ⁊ ego veniens cum vsuris vtiqꝫ exegissem illam. Et astantibus dicet. Auferte ⁊c̃. Luce decimonono. Duo verba sequũtur. ⁊ ita patet largum esse sapientem. ⁊ auarum esse stultum. Unde prouerbiorum decimoquarto. Corona sapientium diuicie eorum. fatuitas stultorum imprudencia. ḡ Nolite fieri imprudentes. ¶ Quarta stulticia est luxuria. Unde luxuria est illd̃ peccatũ carnale quod cõmittitur p̄ter matrimoniũ quocũqꝫ modo fiat. ⁊ ista ẽ valde magꝫ stulticia. qd̃ pꝫ ꝑ silitudinẽ hoĩs q̃ in q̃daꝫ domo a ꝑte inferiori habebat paleã ⁊ stramĩa que sunt esca brutoruꝫ

⁊ desup habebat multos thesauros ⁊ la
pides precōsos Cū autez vigeret qua
dā hyeme frigus voluit calefieri ⁊ suc
cendit stramīa igne ⁊ cū gaudēdo calefi
eret cōbussit totū thesaurū ⁊ lapides p̄
ciosos Nonne talis iudicabit̄ fuisse im
prudēs Certū est ꝙ sic. Talis est luxu
riosus qui hz domū ⁊ animā in qua est
thesaurus magnus. scz rō ⁊ volūtas. et
superior porcō in qua rōne ⁊ volūtate ⁊
superiori porcōe sunt ꝟtutes ⁊ merita q̄
dicūtur thesauri. ⁊ sensualitas ē inferior
ꝑs in qua sunt palee ⁊ fenuz scz motus
carnales Vñ omīs caro fenū. Vñ ysa.
xl. Clama. ⁊ dixi. q̄d clamabo. oīs caro
fenuz ⁊ omīs gl'a eius quasi flos agri. ⁊
talis sensualitas nihil valet respectu rō
nis. Vnde paulus ad Ro. vij. Scio eī
qz nō habitat in me hoc est in carne mea
bonū. Vñ in rōne ⁊ volūtate ⁊c̄. sunt
thesauri scz fides spes ⁊ caritas ⁊ cetere
ꝟtutes. O q̄ti thesauri. sed conburūtur
qñ homo luxuriatur. qm̄ luxuria dicit̄ ig
nis. Vnde Job. xxxi dicit̄. Ignis est vs
q̄z ad ꝑdicōnez deuorās ⁊ omīa eradi
cās germina. ḡ caueamus ne incendam⁹
paleā scz carnem. quoniā tales sunt im
prudentes q̄ luxuriātur. Vñ paulus pri
mo ad Cor. ij. Animalis homo nō ꝑci
pit ea que sunt spūs dei. Spūs dei enim
est ille ⁊c̄. ⁊ non potest intelligere. ḡ au
diamus paulū. Nolite ⁊c̄. ¶ Quarta
stulticia est inuidia. Qz inuidia sit stul
ticia patz ꝑ similitudinē cuiusdā homīs
habentis inimicos ip̄m ꝑsequētes. qui
veniens ad flumē inuento ponte fregit il
lum anteq̄z trāsiret flumē. ⁊ tunc venien
tes inimici eius occiderūt eum. qui si nō
fregisset pontez anteq̄z transiret sed post
transitum saluus fuisset factus. Ita est
de nobis in hoc mūdo. qm̄ omnes habe
mus transire flumē aque scz infernū cuz
ponte qui dicitur amor siue dilectō ꝓxi
mi qui habet sex arcus. cum isto habem⁹
transire ⁊ non est alius pons ⁊ ideo dici
ad Roma. xiij. Qui enī diligit proximū
legem adimpleuit. Nā non adulterabis
etc̄. Plenitudo ḡ legis est dilectō. per
hāc eī tr̄nsim⁹ de morte ad vitā. Vñ isti
us pontis arcus sunt isti scz amor ⁊ dile
ctō patris ⁊ matris qui debet esse reuerē
cialis. Secūdus amor inimicoruz scili
cet nolle damnuz neq̄z eorum mortem
Vnde dicit scriptura. Ego autem dico
vobis diligite inimicos vestros. benefaci
te hijs qui oderunt vos. ⁊ orate pro ꝑ
sequentib⁹ ⁊ calumniātibus vos. Ma
thei. v. ¶ Terci⁹ amor est corporis scz
ꝓximi non luxuriādo cum proximo vel
cum ꝓxima. ¶ Quartus amor est pro
prij corporis. ¶ Quītus amor est bono
rū ꝓximi. ¶ Sext⁹ amor ē fame ꝓximi
Nos enim non debemus desiderare alie
na. quoniā radix omnium malorū est cu
piditas prīa ad Thymo. vj. Qui antez
frangit istū pontem est stultus. Et ideo
dicit scriptura. Possidebūt paruuli stul
ticiaz. paruuli sunt inuidi qui habent cor
ita paruū ꝙ non manet in eo nisi ip̄emet
Inuidi enī se inordinate diligunt. Sed
cor hominis celo ⁊ terra maius esse debe
ret. Et racō est quia in celo non stant ni
si iusti. tamen in corde hominis boni de
bent esse tam iusti q̄z eciā peccatores. pec
catores diligere debemus ac eoꝝ bonuz
ꝓcurare. Et ita patet quō inuidus dici
tur paruulus. Vnde Job. v. Paruulū
occidit inuidia turpiter. ¶ Quinta stulti
cia est gula. Qz autē gulositas est stulti
cia patet ꝑ similitudinem cuiusdaz fame
lici stulti qui venit ad domū cuiusdaz di
uitis qui parauerat bonos cibos quos
apposuit famelico. qui portans secum ve
nenum miscuit cibis ⁊ comedit ⁊ post
ea mortuus fuit Talis enim dicitur fu
isse merito stultus. vnde diues qui para
uit cibos est deus. de quo dicitur. Oculi
omniū in te sperāt domine ⁊c̄. Ipse enī

dedit nobis cibos quibꝫ sustẽtamur. attñ nos miscemꝰ venenũ. scz ꝑ superfluitatẽ hoc cum supflue comedimꝰ. Et istud venenum nos occidit ⁊ abbreuiat vitã taz spũalem q̃ꝫ corporalez ⁊ ita intoxicamꝰ cibũ ⁊ ideo consilium datur in scriptura. Eccli. xxxvij. Noli auidus esse in epulatione ⁊ nõ te effundas sup omẽz escam in multis em̃ escis erit infirmitas ⁊ auiditas appinquabit vsqꝫ ad coleraz ꝓpter crapulam multi obierũt qui aũt abstinens est adiciet vitaz. Et ita patet quõ auidi siue gulosi stulti sũt qm̃ occidũt seip̃os ⁊ cõcordat alibi scriptura loquens de auidis. Prouerb. ꝑmo. Stulti ea que sibi sunt noxia cupiũt ⁊ imprudẽtes odibũt sciaz ¶ Sexta stultitia est iracũdia. ꝙ autez iracundia sit stultitia. patet per similitudinem alicuius habentis aliquez annexum sibi cuiꝰ vult scindere vestes ⁊ nõ potest illi vestes scindere cum sit a ꝑte posteriori qui videns ꝙ nõ põt frangere vestes alterius nisi ventre ⁊ corpore suo ꝑforato ponit sibiꝑ̃i gladium per ventrẽ ⁊ occidit seip̃m. talis est stultus merito iudicandꝰ. huic similis est iracundꝰ qui ꝓ frangendis vestimentis alterius corporis quod est vestis anime seip̃m occidit. non enim potest alterius occidere animã qꝛ illa ẽ incorruptibilis. Vel vestis eciam dicit fama ⁊ ad frangendũ vestimenta vel alterius corporis vel famam primo iracundus ꝑforat animam suaz. vnde iratus primo se occidit in anima percutiens se gladio ire. De quo dñs. Mat. xxviij ayt ad petrũ. Omẽs enĩ qui acceperint gladiuz gladio peribũt. qđ intelligit vel intelligi potest de gladio ire. vñ dauid ĩ ps. xxxvj. Gladius intret in corda ip̃orũ ⁊c. Non eĩ potest intelligi de gladio materiali. qꝛ est exceptõ qꝛ sũt multi hodie accipiẽtes gladiũ materialẽ qui non moriũtur gladio. Itẽ nec de gladio iudicij. qm̃ multi fuerũt homicide qui acta penitencia saluãtur. ꝗ sine exceptõe potest intelligi de ira q̃ prĩo occidit illuz qui eã possidet. ⁊ sic est stulticia. Iõ dicit scp̃tura. Ne sis velox ad irascenduz qꝛ ira ĩ sinu stulti requiescit. In sinu. i. in corde. ꝗ Nolite fieri ⁊c. Eccs. v. ¶ Septĩa stulticia est accidia. Qꝛ accidia sit stulticia patet ꝑ similitudinez. Vbi notãduz ꝙ in quadã villa erant nundine in quodã die. ⁊ fuit bonũ forũ de rebus. qꝛ illud qnod añ constabat ⁊ appreciabatur centũ frãcis. in nũdinis habebat ꝓ vno. Et tunc homo volens emere victualia. dormiens ⁊ excitatus a muliere sua noluit emere. ꝫ voluit prandere. ⁊ post pn̄diũ iterꝫ obdormiuit. ⁊ nõ emit aliquid in nundinis. post vo mortuus est. nonne talis est stultus. Patz ꝙ sic. Ita est de accidiosis in opibꝫ victualibꝫ. qui ꝑ modica huius mũdi bona possunt redimere infinitam penam in alio mũdo. ꝫ accidiosi negligũt. ¶ Et nota parabolã que est Math. xviij. Homo quidã rex om̃e debituz remisit suo ꝓcidẽti ad pedes domini. ac dicenti. Paciam habe in me. Ita nos ĩ pñti vita cũ paucis lacrimis possumus emere mĩaz dei. ⁊ redimere penã inferni. ⁊ hoc q̃diu durãt nundine scz q̃diu durat pñs vita. ꝫ post mortem cum mille milibꝫ lacrimis non p̃t emi mĩma ps mĩe dei. qꝛ iã transacte sunt nũdine ⁊ oĩa cara sunt. Qꝛ ãt tps in alio mũdo carũ sit pz in hystoria Lu. xvj. de diuite epulone ⁊c. ꝗ q̃diu durãt nundine emamus tã cuz lacrimis ⁊ ieiunijs q̃ꝫ cũ vigilijs ⁊ disciplinis ⁊ alijs q̃buscunqꝫ. ⁊ agamus pniaz ⁊ ita erimus diligentes. qm̃ possumꝰ in opibꝫ terrenis sp laborare ⁊ cũ hoc esse ociosi. qđ pz qm̃ ille cognoscit fuisse ociosus ĩ die qñ ad domũ redit in sero nihil portat. Ita est de terrenis cũ laborauerĩt in mũdanis ĩ vita si ñ portent bona opera ad paradisuz. tales iudicabũtur stulti. ymmo maxĩe stulti. ⁊ ideo ꝓuerb. xij. dicitur de diligentibꝫ et accidiosꝫ. Qui opatur terrã suã saciabit

pane qui autē sectat̄. ociū stultissimus est prouer. xij. Locat terrā corp⁹ quoniam de terra factū est vñ formauit igitur Gene. ij. Locat ociosū stultissimū vñ. nō posuit positiuū. s. stultū nec ꝯpatiuuz scz stultiorē sed ponit suplatiuū. scz stultissimū. vnde accidios⁹ dicit̄ esse stult⁹ in hoc mūdo. qz nō vult agere penitētiā ⁊ stultior. quia ꝑdit gloriaz paradisi. ⁊ stultissim⁹ quia meret̄ penā inferni ꝑpetuā ergo nolite

¶ Dominica. xxj. Sermo primus

Hora septima reliquit euz febris Johānis. q̄rto capitulo. originalter. Sermo n̄r erit de sancto euangelio dn̄ice pn̄tis ⁊ si placet deo habebimus multas bonas doctrinas ad illuminatōez intellectus ⁊ ꝯsolatōz aīaꝝ ⁊ corectōz vite ⁊ pctōꝝ Saluret̄ vgo maria Inpn̄ti s̄mone cogitaui habere modū laboratoris seu ortalani volētis seminare bonū semē seu plantas Qui p̄mo arat ⁊ p̄parat bonā terrā ⁊c̄ Terra bona ⁊ fructuosa ē hijstoria euāgelical' ī cāpo seu orto euāgelij exarata. Dicat̄ hijstoria euāgelij. Erat q̄dā regul⁹ ⁊c̄ Aratur sic ista terra mouēdo questionē quare vocat ip̄m regulū ⁊ nō regē Solutō qz nō habebat nisi vnā ciuitatē ꝑ q̄ nota ꝙ quia antiquit⁹ erat tāta ambitō regēdi vel dominādi ī qualibet ciuitate erat vn⁹ rex q̄ dicebat̄ regul⁹ sicut mō vn⁹ ep̄us alias nō dicebat̄ ciuitas De h̄ auc̄tas Terra canaā ī v. regulos diuidebat̄ gaze⁹ ⁊ azocios ascalonitas getheos ⁊ acchoronitas Josue. xiij. Alij qui habebāt multas ciuitates dicebāt̄ reges ¶ Et sequit̄. Cui⁹ fili⁹ infirmabat̄ capharnaū ⁊c̄. Nota circa h̄ qd̄ ih̄us sibi dixit. Nisi signa ⁊ ꝓdigia videritis Diceret aliquis quare xp̄us rep̄hēdebat eū cū tn̄ tanta deuotōe veniebat ad eū. Dico ꝙ xp̄s sic eū dure rep̄hendit, ꝓpter modicā credentiā q̄z habebat q̄d patet in hoc ꝙ rogabat eū. Ut descenderet ⁊ sanaret filiū eius ex quibꝫ pater dubitauit quia si ip̄z verū deuz credidisset sciret. ꝙ nō esset loc⁹ vbi nō eēt de⁹ Diffidebat ḡ regul⁹ ⁊ nō plene credidit qz honorē dedit p̄sentie corpali petens vt descenderet corporalit̄ Sed melius Fecit ille centurio dicens xp̄o Dn̄e puer meus iacet paliticꝰ in domo. ⁊ male torquetur Et ait ih̄us Ego veniaz ⁊ curabo euz Et centurio Dn̄e nō sū dignus vt intres sub tecto meo ⁊c̄ Iste habebat verā fidē credens ꝙ xp̄s pn̄s ⁊ absens coporaliter poterat sanare filiaz suam Ideo non fuit a christo reprehens⁹ sed ꝯmendat⁹ qz christ⁹ dicebat sequentibus se Amen dico vobis. non inueni tantā fidē in israhel Secund⁹ defectus istius reguli notat̄ in hoc qd̄ dixit sibi christus. Nisi signa ⁊ prodigia videritis nō creditis. Nota dt̄. Nisi videritis ⁊ non dicit audieritis quia dicit apostolus. ꝙ fides est ex auditu. auditus autez per verbum christi Ad Ro. x. Nunq̄z vos vidistis trinitatem tamen. creditis Et ista veritas quomodo ī trauit ī corde vestro pz ꝙ n̄ ꝑ oculos nec gustū nec tactū sed per aures. audiendo scripturas doctrinas verissimas. Idē de miracul' christi dicendum est que firmiter credimus quāuis ea non viderimus. Et sic patet ꝙ est fides ex auditu Et quia ille regul⁹ audiuerat iā miracula christi quomodo scilicet christus solo verbo curabat infirmos suscitabat mortuos ⁊c̄. Et tamen ad huc nō credebat. sed volebat videre. Ideo reprehēdit̄ a christo cū dicit Nisi signa ⁊c̄ quasi dicat. Nōne sufficit audire patet ex hijs ꝙ mō essent multi rep̄hendendi. Dicunt multi q̄d sit homo de paradiso. de inferno. de purgatorio. nullus venit ad nos ista nobis manifestans. quibꝫ dici potest rep̄hēsorie id quod dixit christus regulo scz nisi videritis. ⁊c̄